& inopia & in reliquis infortuniis ſoluti ſunt amici perfugio. Nec
ille cum dicit mouet me quoniam principatus attigit ut
non modo dixerim priuatorum rebus afflictis. Sed & maximis
rebus publicis amiciciam expetendam eſſe. naufraganti q̄enim
ciuitati qui portus erit ullus aptior amicicia. Quo ſe
conferent horiduli reges eiecti. Quo digniſſimi principes
quos deus potencioris martis eluſit. Ad amicorum tutellam
intereſt illis moliendum. Age ſi quod amiciciarum preſidium
iacentibus publicis rebus ullis periclitantibus regibus nationi
bus inueniri umquam potuit quod affirmem potentium caſus &
paupertatem leuari poſſe: hoc erit uenetum illuſtre illud
imperium digniſſimum terrarum orbis domicilium: cui nihil
aliud dulce fuit umquam quam ſe dedere tutorem propugnatorem
omnibus eius fidem opem miſericordiam implorantibus.
diuinam hanc urbem crede. Hac una aduiti qui cala
mitatibus emerſerunt. Hii monent uenetum firmas inuio
latas inuictas triumphales in terris uires eſſe. beatos po
pulos beatas urbes futuras que horum amicicias compa
rarint. Si hec magno loco natis ſunt uſui & magnis rebus
publicis. Multos magis humilioribus oportuna fient. dandi
amicis eſt opera inherendum largiendum. Sola ſunt hec
que amicis dantur que pecculiaria tibi eſſe poſſint. Hinc
illud eſt ualerii martialis. Callidus effracta numos fur
auferet arca. Proſternet patrios impia flamma lares.
Debitor uſuram pariter ſortemque negabit. Non reddet ſteril